

mus, quo exactius earum novimus effectus. Quoniam præterea irregularitates, quibus Luna obnoxia est, sunt omnino similes illis, quæ in reliquis Planetis contingunt, eandemque causam agnoscunt, fas est, ut cuncta de Luna dicta, illis quoque suo modo applicentur.

Luna circa Tellurem in Ellipsi movetur; cujus focorum alterum occupat Telluris centrum, a quo Lunæ distantia media est semidiametrorum Telluris  $60\frac{1}{2}$ . Lunæ tempus periodicum circa Tellurem est 27. dierum & 7. hor. 43. min. circiter: Et exactissimè in eodem tempore circa axem rotatur.

Orbitæ excentricitas singulis revolutionibus, varias subit mutationes;